

HIPOTAKSA

Zdania podrzędne:

1) DOPEŁNIENIOWE

- **quod + ind.**: Illud est admiratione dignum quod ita fecit.
- **ut, ne, quin, quominus + con.**: Rogo ut veniat.
- **pytania zawiśle + con.**: Rogo quid facias.
- **zdanie wyrażone bezokolicznikiem**: Exire volo. Dico eum venisse.

2) WZGLĘDNE

- **+ ind.**: Caesar Helvetios oppida vicosque, quos incenderant, restituere iussit.
- **+ con. gdy zawierają odcień**
 - **przyczynowy**: O magna vis veritatis, quaes facile per se ipsa defendat.
 - **przyzwalający**: Egomet, qui sero ac leviter Graecas litteras attigissem, tamen cum pro consule in Ciliciam proficiscens venissem Athenas, compluris tum ibi dies sum propter navigandi difficultatem commoratus.
 - **skutkowy**: Non is sum, qui mortis perriculo terrear.
 - **celowy**: Clusini legatos Romam, qui auxilium ab senatu peterent, misere.
 - **warunkowy**: Qui videret, urbem captam diceret.

3) OKOLICZNIKOWE

- **celowe**:
 - **ut** (finale), **ne + con.**
- **skutkowe**:
 - **ut** (consecutivum), **ut non + con.**: Epaminondas fuit disertus, ut nemo ei Thebanus par esset eloquentia.
- **przyczynowe**:
 - **quod, quia, quoniam, siquidem, quandoquidem, quando + ind.**: Helvetii quoque reliquos Gallos virtute praecedunt, quod fere cotidianis proeliis cum Germanis contendunt.
 - **cum** (causalne), **praesertim cum + con.**: Ipse Cicero, cum tenuissima valetudine esset, ne nocturnum quidem sibi tempus ad quietem relinquebat.
- **czasowe**:
 - **czynność wcześniejsza**:
 - **ubi, ubi primum, ut** (temporale), **ut primum, cum primum, simul, simulac, simulatque, simul cum, postquam, posteaquam** (gdy, skoro, jak tylko, skoro tylko) + **ind. perf. lub praes. historicum**
 - **ubi, ut, simulac** (ilekroć) + **ind. perf., plusquamperf. lub fut. ex.** (czynność powtarzająca się)
 - **cum** (historicum) + **con. plusquamperf.**
 - **czynność równoczesna**:
 - **dum** (podczas gdy) + **praes. historicum** (tłumaczone jako czas przeszły)
 - **dum, donec, quoad** (dopóki, tak długo jak) + **ind. wszystkich czasów.**
 - **cum** (historicum) (gdy) + **con. imperf.**
 - **czynność późniejsza**:
 - **dum, quoad** (aż, dopóki nie, tak długo aż)
 - + **ind. praes., perf. lub fut. ex.** (dla czynności rzeczywistej)
 - + **con.** (dla czynności zamierzonej lub możliwej) (dopóki by nie)
 - **antequam, priusquam** (nim, zanim) [pisane także oddzielnie]

+ **ind. praes., perf. lub fut. ex.** (dla czynności rzeczywistej)
+ **con.** (dla czynności zamierzonej lub możliwej) (zanim by)

- **warunkowe (si, nisi):**
 - **modus realis + ind.:** Si id credis, erras.
 - **modus potentialis & irrealis + con.:** Si id credas, erres. Si id crederes, errares.
- **przyzwolone**
 - **quamquam + ind.:** Quamquam excellebat Aristides abstinentia, tamen exilio decem annorum multatus est.
 - **cum (concessivum), quamvis + con. wg consecutio temporum:** Aristides cum magnis rebus praefuisset, in magna paupertate decessit.
 - **ut (concessivum), ut non, licet + con. praes., con. perf.:** Ut desint vires, tamen est laudanda voluntas.
 - **etsi, etiamsi, tametsi** – czasy i tryby zdań warunkowych: Iniurias etiamsi ulcisci possem, tamen oblivisci malleum.
- **porównawcze:**
 - **+ ind. (czynność rzeczywista):** Ut sementem feceris, ita metes.
 - **+ con. (czynność pomyślana):** Sequani absentis Ariovisti crudelitatem, velut si coram adasset, horrebant.

Ćwiczenie. Podkreśl zdania główne oraz określ rodzaje zdań podzielnych.

Una est enim amicitia in rebus humanis, de cuius utilitate omnes uno ore consentiunt. Quamquam a multis virtus ipsa contemnitur et venditatio quaedam atque ostentatio esse dicitur; multi divitias despiciunt, quos parvo contentos tenuis victus cultusque delectat; honores vero, quorum cupiditate quidam inflammantur, quam multi ita contemnunt, ut nihil inanius, nihil esse levius existiment! itemque cetera, quae quibusdam admirabilia videntur, permulti sunt qui pro nihilo putent; de amicitia omnes ad unum idem sentiunt, et ii, qui ad rem publicam se contulerunt, et ii, qui rerum cognitione doctrinaque delectantur, et ii, qui suum negotium gerunt otiosi, postremo ii, qui se totos tradiderunt voluptatibus, sine amicitia vitam esse nullam, si modo velint aliqua ex parte liberaliter vivere.

Alcibiades simul cum collegis receperat Ioniam, Hellespontum, multas praeterea urbes Graecas, quae in ora sitae sunt Asiae, quarum expugnarant complures, in his Byzantium, neque minus multas consilio ad amicitiam adiunixerant, quod in captos clementia fuerant usi. ita praeda onusti, locupletato exercitu, maximis rebus gestis Athenas uenerunt. His cum obuiam uniuersa ciuitas in Piraeum descendisset, tanta fuit omnium exspectatio uisendi Alcibiadis, ut ad eius triremem uulgas confluueret, proinde ac si solus aduenisset. sic enim populo erat persuasum et aduersas superiores et praesentes secundas res accidisse eius opera. itaque et Siciliae amissum et Lacedaemoniorum uictorias culpae suae tribuebant, quod talem uirum e ciuitate expulissent. neque id sine causa arbitrari uidebantur. nam postquam exercitui praeesse cooperat, neque terra neque mari hostes pares esse potuerant. hic ut e naui egressus est, quamquam Theramenes et Thrasybulus eisdem rebus praefuerant simulque uenerant in Piraeum, tamen unum omnes illum prosequebantur, et, id quod numquam antea usu uenerat nisi Olympiae uictoribus, coronis aureis aeneisque uulgo donabatur. ille postquam *<in>* astu uenit, contione aduocata sic uerba fecit, ut nemo tam ferus fuerit, quin eius casum lacrumarit inimicumque iis se ostenderit, quorum opera patria pulsus fuerat.